



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

De Consultoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

terendi,
m, hinc
ubditis,
n subja-
rendum

Sancti
cii.
s com-
Generali
tatem,
II. Conf.
P. Cam
.7. §. 1.
ommis-
contro-
ns VII.
uo sta-
ætatis
Vicarii
Forma-
iones.
tiones, citandi, monendi, præcipien-
di, excommunicandi, carcerandi, de-
fniendi, terminandi & exequandi, o-
mniaque alia faciendi, quæ potest ipse
met Inquisitor facere, exceptâ senten-
cia relapsorum, & impoenitentium,
quam solent sibi reservare Inquisitores.
lymericus 3. p. n. 37. & 40. ibique Pegr. com-
ment. IO.

4. Vicarii hi electi ab Inquisitoribus
confirmari debent ab Eminentissima
Congregatione, prout decrevit eadem
S. Congregatio Inquisitorum Genera-
lium, adeoque cum Vicarii jurisdic-
tionem suam habeant à dicta S. Congre-
gatione, non expirat Jurisdicatio eorum
per mortem aut remotionem Inquisito-
rum. Carenal. c. §. 5.

De Consultoribus.

5. Quamvis de Jure possint Inquisi-
tores eligere sibi Consultores seu Asses-
tores in negotiis ad S. Officium spectan-
tibus, atque etiam possint eos ad id co-
gere. c. ut commissi §. Advocandi quoque de-
bet baret. in 6. ut fit Papiæ aliisque mul-
tis Civitatibus, Cremonæ, tamen Me-
diolani aliisque in locis eligi solent à
S. Con-

S. Congregatione Inquisitionis genera-
lis, à qua dependent, nec nisi ab ea re-
moyer possunt. *Carena de Offic. Inquis.*
p. I. tit. 9. §. I.

6. Eligendi vero sunt in Consulto-
res Viri prudentes, probi, periti hone-
sti & providi, licet Laici sint & uxora-
ti, ex quibus aliqui sint Théologi, ali-
qui Canonistæ, aliqui Jurisconsulti, ce-
rinal. c. §. 2.

De Qualificatoribus Propositionum.

7. Qualificatores sunt, qui senten-
tiam suam dicunt de qualitate propo-
sitionis ab aliquo prolatæ, an nimurum
hæretica sit, an sapiat hæresin, an sic
scandalosa, temeraria &c. Ideoquæd
qualificandam eo modo propositionem
assumuntur Theologi, qui qualificato-
res appellantur. *Roxas de Hæret.* I. p. 384. & 204.

De Advocato Fisci.

8. Cum inquisitores habeant Fiscum
seu ærarium, in quo bona Hæretico-
rum ex poena confiscationis imposta af-
serventur, eligere sibi possunt, prout
passim in Inquisitionibus fieri solet, Ad-
vocatum